Imprimatur,

GUIL. JANE.

March 5. 167$\frac{3}{4}$.

Imprimatur,

GUIL. JANE.

March 5. 167$\frac{3}{4}$.

EDMUND ELISU

ECCLESIÆ Anglicanæ Presbyteri

Cogitata Ulteriora

De Naturâ FIDEI Verè CHRISTIANÆ:

Quibus formandis Occasionem dedit Libellus quidam *JOANNIS SERGEANTII*, cui Titulus,

Methodus Compendiosa, quâ rectè pervestigatur, & certò invenitur Fides Christiana.

Πίστις οὐκ ἡ Γεωμετρικαῖς Ἀνάγκαις, ἀλλ' ἡ τῶν τοῦ Γνεύματος Ἐνεργείαις ἐγγινομένη, S. Basil. in Psal. 116.

LONDINI:

Typis *Th. Newcomb.* MDCLXXIX.

EDMUND ELISII

ECCLESIÆ Anglicanæ Presbyteri

Cogitata Ulteriora

De Naturâ FIDEI Veré

CHRISTIANÆ:

Quibus formandis Occasionem dedit Libellus quidam JOANNIS SERGEANTII, cui Titulus,

Methodus Compendiosa, quâ rectè pervestigatur, & certò invenitur Fides Christiana.

Ἴδετε δὲ ἡ Γεωμετρικὴ Ἀναλύσεις, ἀπὸ ἡ τῶν Πολιτικῶν Ἀπεγείας ἐξετάσεως. S. Basil. in Psal. 115.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

LONDINI:

Typis Th. Newcomb. MDCLXXIX.

Reverendo in Christo Patri,

THOMÆ,

Domino Episcopo

Exonienſi.

SPero equidem Te, Reverende Pater, *ex pauculis hisce Studiorum meorum Fructibus conjectura asse-qui, Cujusmodi futura sint ea stu-*

 dia,

dia, quibus reliquum Vitæ meæ in Terris degendæ Tempus impendere decrevi. Meæ ſanè (qualiſcunq; tandem ea ſit) Concionandi facultati minimè obſtitit Ardentiſſimus iſte meus cum quibuſcunque Sophiſtis *Controverſias agitandi Amor. Non Ego quidem Rabidâ inſanientis* Scepticiſmi *Loquacitate, nec proprii Ingenii Exercendi, aut faſtuosè oſtentandi Libidine abreptus Me unquam accinxi ad Certamen* Scholaſticum *cum Aliquo ineundum: ſed ſummo Odio Errorum quorundam Omnibus Nocentium, et Amore Veritatis Omnibus Salutiferæ adductus Scribo quidem* Multum, *non* Multa.

Quicquid id eſt, quod in hoc Opuſculo peregi, Grande *aliquod certè Conatus ſum. Exemplum,*

& Doctrinam *Tuam* (*quâ Viginti abhinc Annis imbutus fui*) *ſequutus Ego Odio tam* Phanaticiſmi *quam* Papiſmi *infinito flagrare geſtio*, *atque Eccleſiæ Anglicanæ Filium Obſequentiſſimum Me præſtare*, *Tuique ſemper*,

Reverende PATER,

Obſervantiſſimum,

E. E.

Dedicatoria.

& Doctrinam Tuam (quâ Viginti abhinc Annis imbutus fui) sequutus Ego Odio tam Phanaticismi quam Papismi infinito flagrare gestio, atque Ecclesiæ Anglicanæ Filium Obsequentissimum Me præstare, Utique semper,

Reverende PATER,

Observantissimum,

E. E.

Cogitata

Cogitata Ulteriora

De Naturâ

Fidei Christianæ, &c.

DEUS Bone! Quas Tenebras sibi induit, *Subtili* quodam fallaciſſimi Ingenii laqueo irretitus, infœlix Animus hujus Scriptoris, J. S. qui sibi persuasit *Ecclesiam Romanam* Fidei Regulam Veram, Unicam, minimè Fallacem

 semper

ſemper eſſe ſequutam, cum tot *Eccleſiaſtici Romani* non obſtante hac Regulâ tot Sententias Falſiſſimas protulerint, tot Facinora Iniquiſſima pro *Licitis* habuerint, impudentiſſimè perpetraverint Toto Orbe Spectante! " Sume, inquit, p. 76. illam " (Traditionem) non pro Citationibus è Patrum olim demortuorum Scriptis, ſed pro " Senſu Eccleſiæ *Vivâ Voce*, *Praxique* expreſſo.

Quàm ſit Fallax hæc Fidei Regula, *Viva Vox*, & *Praxis* Eccleſiæ Romanæ, quis non viderit, niſi qui ſponte cæcutiat? Contra Domini Noſtri, JESU CHRISTI Exemplum, & Mandatum Contra illam clariſſimè expreſſam Apoſtoli Ejus, Sancti PAULI

PAULI Doctrinam de Institutione Cœnæ Dominicæ, & Doctrinæ suæ Consentaneam Adhortationem, Ut " Probet seipsum " Homo: & sic de Pane illo e- " dat, & de Calice bibat, Con- " tra Praxin Ecclesiæ Verè Catholicæ vel ipsis *Pseudocatholicis confitentibus* per Annos quam plurimos Continuatam, Spiritu quodam Veritati Infestissimo agitata Vetuit Ecclesia Romana Poculum Eucharisticum *Laicis* exhiberi. Eas nunc Sophista, & usque clamites Infallibilem esse Ecclesiam Romanam, quam Erroribus Turpissimis obnoxiam Praxeos *Antichristianissimæ* Ream esse Novimus.

Execrabili tuâ Opinione, nempe S. Scripturam non esse Fidei

Regulam, adductus *Sixtus Quintus* Pontifex Romanus eò pervenit Insaniæ, ut Facinus planè Diabolicum *Henrici* Tertii Francorum Regis *Monacho* quodam, Subdito suo, Perfido Nebulone trucidati Occidionem, quasi non aliunde, quam â Virtute plus quam Heroicâ proveniſſet Factum iſtud omni Vituperio digniſſimum, ſummis Laudibus extulerit in Sermone quodam ſolenni de *Henrici Tertii Morte, Romæ in Conſiſtorio Patrum habito*, 11. Septemb. 1589.

"Animo meo, inquit, ſæpe, ac "ſeriò revolvens, mentisq; aciem intendens in ea, quæ nuper Dei "Voluntate acciderunt, videor "mihi verè poſſe illud Prophetæ "*Abacuch* uſurpare: Quia opus factum

" factum eſt in diebus veſtris,
" quod nemo credet, cum narra-
" bitur. Cap. 1. ver 5. Mortuus
" eſt Rex Francorum per manus
" Monachi. Nam ad iſtud po-
" teſt rectè applicari: licet de
" aliâ re, nempe de incarnatione
" Domini, quæ omnia mira, ac
" mirabilia ſuperat, Propheta
" propriè loquutus ſit, ſicut et
" Apoſtolus *Paulus* eadem verba
" Actorum 13. ver. 41. ad Chriſti
" Reſurrectionem veriſſimè re-
" fert. Quando Propheta nomi-
" nat Opus, non vult innuere
" aliquid vulgare, vel ordinari-
" um, ſed rarum, inſigne, ac me-
" morabile facinus; quomodo de
" Creatione Mundi, Opera Ma-
" nuum tuarum ſunt Cœli. Item,
" Requierit die ſeptimo ab omni

" opere, quod patrarat. Cum vero
" factum ait; eo verbo in Scrip-
" turis exprimi, quod non teme-
" re, casu, fortunâ, aut per acci-
" dens evenire dicitur; sed quod
" expressâ Dei Voluntate, Provi-
" dentiâ, ac ordinatione obve-
" nit.

" Atq; hoc, de quo nunc ver-
" ba facimus, & quod hîc diebus
" nostris evenit, verè insigne,
" memorabile, et pene incredibi-
" le opus est, nec sine Dei Opt.
" Max. Particulari Providentiâ,
" & Dispositione perpetratum.
" Occidit Monachus Regem, non
" pictum, aut fictum in chartâ,
" aut pariete: Sed Regem Fran-
" corum in medio Exercitus sui,
" milite & custodiâ undiq; sep-
" tum: quod reverâ tale est, &

eo

" eo modo effectum, ut nemo
" nunc credat cum narrabitur, &
" fortaſſe apud poſteritatem pro
" fabulâ reputabitur.

" Quando dicitur Chriſtum
" ex mortuis reſurrexiſſe, huma-
" nitus non credo; ſed cum id
" factum eſſe per Divinam (quæ
" in ipſo erat) naturam affirma-
" tur, tunc omnino credo. Eodem
" modo licet tantum Regem in
" medio Exercitus, tot ſtipatum
" militibus, ab uno ſimplici, et
" imbelli Religioſo occiſum eſſe,
" ſecundum Prudentiam carnis,
" & intellectum humanum ſit in-
" credibile vel omnino improba-
" bile, tamen conſiderando ex al-
" terâ parte graviſſima Regis pec-
" cata & Specialem Dei omnipo-
" tentis in hâc re Providentiam,

" & quam inusitatè, & mirabili
" modo justissimam Voluntatem
" suam erga ipsum impleverit,
" omnino, & firmiter Credo.

" Sunt, inquit, in Sacrâ Histo-
" riâ nonnulla hujus generis, nec
" eorum quicquam potest aliò,
" quàm ad Deum AUTHO-
" REM referri: tamen nihil est,
" ubi magis Claret Superna Ope-
" ratio, quàm in isto, de quo nunc
" agimus.

" Libr. Macchab. 1. Cap. 6.
" Legimus *Eleazarum* &c. Nota
" quoq; est insignis illa Historia
" sanctæ Mulieris Judith &c.

" Hic verò Religiosus aggres-
" sus est, & confecit rem longe
" majorem, pluribusq; Impedi-
" mentis, ac tantis difficultatibus,
" periculisq; obsitam, ut nullâ

Prudentiâ

" Prudentiâ, aut Aſtutiâ humanâ,
" niſi apertâ Dei Ordinatione,
" ac Succurſu confici potuerit.
" Nos inquit (*Horreſco referens*)
" hoc totum non aliò referendum
" cenſemus, quàm in Divinam
" Voluntatem.

Hoc tibi Roma, Caput, cum Loquereris erat

Hujuſmodi fuit *Viva Vox*, & *Praxis* PAPÆ Veſtri Capitis Eccleſiæ: *Praxis* inquam, nam Homicidium qui Laudat, in Conſpectu Dei *Homicida* eſt. PAPARUM ſeu Pontificum Romanorum Criminibus, & Erroribus repletæ ſunt Hiſtoriæ ab ipſis Hiſtoricis *Papiſticis* conſcriptæ. Cum tot Pontifices Romani in hujuſmodi Erroribus verſati fuerint

rint, Criminibus Horrendis, quaſi *Tenebris Infernis* obvoluti, Tantam in tot Gentes Poteſtatem habentes, Vim potiùs, & Imperium injuſtiſſimè arreptum; nil mirum tot Dogmata Religioni Chriſtianæ maximè Adverſantia in Gentes omnes irrepſiſſe quæ PAPAM, quibuſcunq; Moribus indutum, non alium eſſe crediderunt quàm Eccleſiæ Catholicæ Principem. Sed æquum eſt ut Petitioni SERGEANTII concedamus: "Rogandi "ſunt, inquit, Heterodoxi (*non "ægrè ferimus ab iſtiuſmodi viro "Heterodoxi vocari*) modo libebit "reſpondere) ut non ſolum infir-"mare ſatagant aliena, ſed etiam, "prout ego hîc feci, firmare ſua. "Tua certè non firmâſti. Nos eâdem operâ & Sententiam

tem tiam tuam penitus evertere, & noſtram ſtabilire tentabimus. " Nuda, inquis p. 19. Scripturæ " Litera non eſt *Regula Fidei*, " utpote cujus non eſt ea indoles, " ut etiam fidum, pro viribus, " Sectatorem falli non patiatur in " iis, quæ Chriſtus docuit. Nos igitur his verbis Sententiam noſtram adſtruimus. Nuda S. Scripturæ Litera eſt *Regula Fidei*, utpote cujus ea indoles eſt, ut fidum, pro viribus, Sectatorem falli non patiatur in iis (ſeu potius circa ea) quæ Chriſtus Docuit. Per Nudam Literam intelligimus ipſam S. Scripturæ Literam ſine ullis Adminiculis Externis, ut abſolutè Neceſſariis ad ea Syncerè, & Affectivè Percipienda quæ Chriſtus

Do-

Docuit, quatenus conducunt ad Sanctitatem noſtram jugiter in Terris promovendam, atque Æternam tam Corporis, quam Animæ Gloriam in Cœlis conſequendam. Ad Theſin hanc noſtram, Nudam S. Scripturæ Literam, ſine ullis Adminiculis, &c. Fidei eſſe Regulam, evidentiſſimè Probandam Argumentum ſumemus à FINE, in Quem Sancti Prophetæ, & Domini Noſtri JESU CHRISTI Apoſtoli Doctrinam Cœleſtem *Vocibus Scriptis* deſignarunt permanſuris uſque ad conſummationem Sæculi

Hæc Scripta ſunt, inquit Sanctus JOANNES, *UT Credatis, quia JESUS eſt CHRISTUS FILIUS DEI: Et UT Credentes Vitam*

Vitam habeatis in Nomine Ejus.

Omnis Scriptura Divinitus Inſpirata, inquit Sanctus PAULUS, *Utilis eſt ad DOCENDUM, ad ARGUENDUM, ad CORRIPIENDUM, ad ERUDIENDUM in Juſtitiâ, UT* perfectus ſit *Homo Dei ad Omne Opus Bonum Inſtructus.*

Prudenter admodum Cavet SERGEANTIUS à Citationibus Patrum, quorum abundantibus Teſtimoniis ipſius Placita facile eſt obruere. Mihi quidem inſtar omnium eſſe videtur Pater Antiquiſſimus *IRENÆUS*: Juvat itaque celeberrimum Illius Teſtimonium iterum, & ſæpiùs recitare: "Non per alios diſpo-
"ſitionem ſalutis noſtræ cogno-
"vimus, quàm per eos, per quos
"Evan-

" Evangelium pervenit ad nos,
" quod quidem tunc (Apoſtoli)
" præconiaverunt; poſtea verò
" Per Dei Voluntatem in Scrip-
" turis nobis Tradiderunt Fun-
" damentum, & Columnam Fi-
" dei noſtræ futuram, *D. Iren. Lib. 3. C. 1.* Si quis interroget, quid ſit, id, in quod Ultimò Reſolvitur ipſa Fides quam Scripto Evangelio adhibemus, nulla mihi verba occurrunt ad ſolvendum hunc Nodum magis idonea, quàm ea ipſa, quæ protuli in Tractatu, cui Titulus, Tentamen Theologicum De Fidei Chriſtianæ Certitudine.

Reſolutio Fidei Ultima ſit in *Ideam*, ſeu *Notionem DEI OPT. MAX.* nempe in *SUMMAM VERITATEM*, quatenus à nobis

Appre-

Apprehendi queat : Itaque nil aliud eſt credere aliquid ſive Propoſitioni alicui Aſſenſum præbere propter Teſtimonium Divinum, niſi illam Apprehendere *Veram* eſſe, ſive aliquam *Entitatem* Intellectui exhibere, eò quòd *Conformitatem* in eâ Sentiamus ad *Ideam*, ſeu *Notionem* DEI Noſtri, &c Minimè *Phanatica* ſunt (ut improbè exiſtimat *Malignum Vulgus*) iſtiuſmodi Cogitata : Præcipuum ſanè in hâc Vitâ Animæ *Rationalis* hoc Opus eſt : Ab inſitis ſibi *Ideis*, Quarum omnium Fons, & Origo eſt, *ESSE DEUM UNUM SIMPLICITER INFINITUM* ; Regulas ſibi præſcribere de adhibendis in *Intellectum Senſuum Objectis*, nec Primariò ex iis, quæcunque in

Oculos,

Oculos, in Aures, aut in reliquos *Senſus* nobis incurrunt, Modum quærere quò perveniamus ad *Spiritualium*, ſeu *Intellectualium* Notitiam. Indignatione ardentiſſimâ Abhorret mihi Animus ab iſto *FISHERI* Dogmate, quod in Præfatione hujus Libelli Laudat *SERGEANTIUS*: "Dari oportere Fundamentum aliquod Infallibile Externum, & Divinæ eſſe Inſpirationis permovere homines, ut ei adhæreant, quò in Fide verâ, ac ſalvificâ ſtabiliri poſſint. Sic *FISHERUS*: E contrà Sanctus *PAULUS*: *FUNDAMENTUM aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt CHRISTUS JESUS. CHRISTUS* certè non eſt Fundamentum Externum.

Hic

Hic Finis, & Scopus est Principalis omnis Doctrinæ *Evangelicæ*, Ut CHRISTO, Unico Fundamento, In Cordibus nostris per Fidem Habitanti, Toto Corde, & Totâ Anima, & omnibus Viribus, & Totâ Mente Innitamur. CHRISTUS est Unicum (ut *HISHERI* verbis utar) *Fundamentum Infallibile*; Nemo Hominum nec Amplissimus Hominum Coetus sit Infallibilis, nisi quatenus CHRISTUS Eum Infallibilis sui SPIRITUS Participem facit. Apage Sententiam istam, Dari oportere Fundamentum aliquid Externum, & Divinæ esse Inspirationis persuovere homines, ut ei Adhæreant, utpote quæ absurde

provenire non potuerit, niſi à Curvâ in Terras Animâ. Affectus *Carnalis* Specie *Religionis* indutus ſit planè *Diabolicus*: Inde evênit, quod *Religionis* ſuæ propagandæ cauſâ tam multas Chriſtiano Populo Clades intulerint Regum, ac Nobilium Homicidia ſæva, miſeranda, horrida perpetraverint *Stygio* afflati Spiritu *Pontificii*. Quod ad iſtorum *Pſeudo-Catholicorum* Motus Nuperos in Angliâ, in Exitium Regis Noſtri, *CAROLI* Secundi, Regum omnium per totum Terrarum Orbem Clementiſſimi Conſpirantium ſpectat, Ego quidem hoc in loco nil dicam omnino, quia Hâc de re Vehementer ſatis loqui Nemo unquam poterit.

poterit. Hoc tantùm Christianis Universis Notum facerem, plurimos apud nos *Pontificios* eò perveniſſe Inſaniæ, ut Nomen cujuſdam *COLEMANNI*, qui propter *Crimen læſæ Majeſtatis* ſecundum Leges *Patriæ* manifeſtiſſimas Condemnatus, Suſpendio Interfectus erat, ſummis Encomiis ornaverint.

---Ipſo Sceleris molimine---
Creditur eſſe Pius, Laudemque à
Crimine ſumit.

Procul dubio iſtiuſmodi Homunculi Infallibilem ſequuti ſunt Fidei Regulam, qui ab *Homicidio, & Crimine læſæ Majeſtatis DEI*, atque Hominum Laudem

aucupantur. " Qui Regulam
" hanc (inquit *SERGEANTIUS*, pag. 51.) nempe iſtam,
cujus Sequaces fuerunt *COLEMANNUS* prædictus, atque alii
læſæ Majeſtatis Rei, Perditiſſimi
Nebulones) " non ſequuntur, &
" propterea, quocunque inſig-
" niantur nomine, partes *Eccle-*
" *ſiæ* non ſunt, imprimis veram
" Fidem habere non poſſunt. Fieri
" quidem poteſt, & ſolet, ut ali-
" qua & ſæpe plura, quibus aſ-
" ſentiuntur Dogmata, Vera ſint,
" & ipſa eadem quæ amplectun-
" tur veri Fideles, ſed tamen
" Aſſenſus eorum non eſt Fides;
" Fides ſiquidem (loquendo de
" Fide Chriſtianâ) ejuſmodi Aſ-
" ſenſus eſt, cui non poteſt ſub-
" eſſe

" esse Falsum; neque Dogmata
" solùm quibus Assentiuntur, sed
" ipsum quoque Assensum (quod
" abundè demonstravit Tracta-
" tus is, quem *Fidei Vindicatæ*
" *inscripsi*) omnimodam habere
" ad falsitatem repugnantiam nec-
" esse est; aliàs, neque *Fides*
" est, sed in Assensum quen-
" dam inferiorem degenerabit, &
" vocatur *Opinio*.

Ista dicit §. S. Cui hæc repono.

Efficax Apprehensio (vel *Formalis*, vel *Virtualis*) Benevolentiæ Divinæ Hominibus Per Christum Gratiosè exhibitæ includitur in omni Actu Fidei Verè Christianæ. Per hujus Apprehensionis Efficaciam intelligo *Ver-*

verſionem ab omni Amore *Abſoluto* cujuſlibet Objecti *Finiti*, & *Converſionem* ad DEUM, ut Unicum Objectum *Abſolute*, & Propter Seipſum Amabile.

Hujuſmodi *Fidei* nullo modo poteſt ſubeſſe Falsùm, nec quiſquam eſt *Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ* (quam Nos in *Symbolo Apoſtolico* Credere Profitemur) Membrum Verum, ac Vivum, niſi qui ſit *Fide* hâc Vivâ, ac Efficaci prædítus. Quicquid de Infallibilitate ſuâ Blaterent Adverſarii noſtri, quaſcunque Calumnias Fidei noſtræ imponant, nos certo certiùs cognoſcimus non aliam eſſe Fidem Verè Chriſtianam, niſi Qua SPIRITUM CHRISTI in Nobis *Habitantem*

 tene-

tenemus, Cujus *Fructus* est, Ἀγάπη, Χαρά, Εἰρήνη, Μακροθυμία, Χρηστότης, Ἀγαθωσύνη, Πίστις, Πραότης, Ἐγκράτεια. Quàm sit ab hâc Fide Aliena Ecclesia Romana, quatenus Romana, quatenus Se ab aliis Ecclesiis seperaverit, Appetit Tempus, quo fiet id palam Omnibus.

VENI DOMINE JESU.

NOs etiam Βεβηλοφωνίας Studio tenemur: Examen itaque Brevissimum exhibemus *Discursus* ipsius, cui ipse Author, SERGEANTIUS, fastuosum hunc dedit Titulum,

DISCURSUS BREVIS,

" *Heterodoxorum Fidem ab ipsis*
" *evertens Fundamentis.*

I. " DEUS Regulam aliquam
" instituit, quâ mediante quid
" Christus, & Apostoli Ipsius
" docuerint, cognosci possit.

II. " Est

II. "Est itaque Regula Ista "ejusmodi, ut qui eam sequun- "tur, ab Errore hâc in re im- "munes futuri sint.

Hæc vera esse Agnoscimus.

III. "Sacræ Scripturæ Litera "à privatis hominum Judiciis ex- "posita non est hujusmodi; cum "experiamur Protestantium, & "Socinianorum Sectas (ut alias "taceam) Hanc, tanquam uni- "cam Fidei Regulam sequi, ha- "rum tamen unam, vel alteram "circa res Fidei maximè fun- "damentales (Trinitatem nem- "pe ac Deitatem Christi) errare "gravissimè necesse sit.

Regula

Regula Fidei non eſt Sacræ Scripturæ Litera à Privatis hominum Judiciis Expoſita, ſed ſecundum *Senſum Communem* SANCTORUM *Exponenda*, nempe per omnia Media *Scrutandi Scripturas* ſeu ad Senſum earum verum, ac genuinum perveniendi, quibus ut ſedulò Utamur (*Explicitè*, vel *Implicitè*) Præcepit *DEUS* Unum ex hujuſmodi Mediis eſt Quatuor illa Concilia Generalia, *NIC. CONSTANT. EPH. CHALC.* hujuſmodi *Veneratione* proſequi, ut minimè Diſſentiamus ab aliquo Dogmate in eiſdem Conſiliis Explicato, niſi propter Rationem *EVIDENTISSIMAM*. Hinc liquidò conſtat *Serpentinum*

num Genus, *SOCINIANOS*, eò *Fidei Naufragium* feciſſe, quòd Eam, quam Nos Aſſerimus, Fidei Regulam faſtuosè Reſpuerint. Nimirùm tam graviter *Errant*, *Neſcientes Scripturas*, *neque Virtutem DEI* Meminerit Lector, non rectè dici Judicia hominum Privata niſi quæ Aliena ſunt à *Senſu Communi* SANCTORUM, nec ſecundùm *Analogiam* FIDEI formata. Hoc Suppoſito ſic loquimur cum ipſo *SERGEANTIO*.

IV. "Quare Sacræ Scripturæ "Litera à privatis hominum Ju- "diciis expoſita non eſt Regu- "la à Deo inſtituta, quâ medi- "ante quid Chriſtus, & Apo- "ſtoli

"ſtoli Ipſius docuerint cognoſci "poſſit, ſeu non eſt Fidei Re-"gula.

Paragraphum etiam ſequentem concedimus.

V. "Hanc itaque tanquam "unicam Fidei Regulam ſequen-"tes non habent Fidem; cum "Finis abſque debito ad Finem "Medio attingi nequeat.

VI. "Quare (inquit) neque "Cœtus hominum Hanc, veluti "unicam Fidei Regulam ſe-"quentium erit Cœtus Fidelium, "vel Eccleſia; ac proinde devi-"tanda hujuſmodi Cœtus Com-"munio."

S. *Scrip-*

S. *Scripturas* Exponendi rationem Rectam, & idoneam hisce Verbis aliquatenus explicavit Beatus *THEODORETUS* in Tractatu quodam, quem exhibet Vir Clarissimus *JOANNES DALLÆUS* in Appendice Libri pererruditi

De Fidei Ex Scripturis Demonstratione.

Eum mihi Librum nuper Dedit Vir Religiosissimus, pariter & Doctissimus, *CAROLUS MARIA DE VEIL*, Academiæ Andegavensis Doctor Theologus, ex Rectore Ecclesiæ S. Ambrosii Melodunensis in Galliâ

Galliâ Presbyter Eccleſiæ Anglicanæ: Quem *SUMMA VERITAS* per Candidum ac Syncerum *Scripturarum Scrutinium*, ſinè ullo Externo *Perſuaſore* à Superſtitione Pontificiâ ad Religionem Verè Chriſtianam adduxit, in DEI Gloriam, Salutem Suam, & Proteſtantium omnium Solatium. Hæc ſunt ipſa *THEODORETI* Verba, Omnium quotquot uſpiam ſunt, hominum Obſervatione digniſſima.

Ὀυ δεῖ γυμνὰ Νοημάτων ἁρπάζειν τὰ Ῥήματα. Σκοπεῖν δὲ ἐπιμελῶς τὸ Πρεπὸν Θεῷ, τὸ Συμφέρον ἡμῖν, τὸ Δυνατὸν τῆς Ἀληθείας, τὸ Συνφωνὸν τῷ Νόμῳ, τὸ Κατάλληλον τῇ Φύσει, τὸ Γνήσιον τῆς Πίστεως, τὸ Βέβαιον τῆς Ἐλπίδος, τὸ Ἀνόθευτον τῆς Ἀγάπης, τὸ Ἀνύβριστον τῆς Δόξης, τὸ Κρεῖττον τοῦ Φθόνου, τὸ τῆς Χάριτος ἄξιον, ἅπινα πάντα συνέστι μὲν τῆς Εὐσεβέσιν Ἐννοίαις.

" Nec Verba ſuo denudata
" Senſu arripienda ſunt : ſed
" Conſideradum diligenter, quid
" DEO Conveniat, quid Nobis
" Conducat, quid ferat Veritas,
" quid Legi Conſentiat, quid
" Naturæ Reſpondeat : quid Fi-
" dei Proprietas, quid Spei Fir-
" mitas, quid Caritatis Synceri-
" tas , quid nullis obnoxia inju-
riis

" riis Gloria requirat : quid Su-
" peret Invidiam , quid Gratiâ
" dignum ſit. Quæ omnia in
" Piis quidem Meditationibus
" concurrunt.

Qui Sacræ Scripturæ Literam à Privatis hominum Judiciis Expoſitam pro Unicâ habent Fidei Regulâ non ſunt *Cœtus Fidelium*, ſed *SYNAGOGA SATANÆ.*

Judicio Privato Judicat Eccleſia Romana Sacerdotem non debere *Laicis* exhibere *Poculum Euchariſticum.* Judicio Privato Pontifex Romanus *REGICIDAM* Iſtum, Spiritu *INFERNO* Agitatum Laudibus tentavit

tavit evehere ad *Æthera* Judicio Privato *COLEMANNUS* Iſte Vaferrimus Judicavit eſſe *Pietatis Opus* Religionis ſeu potiùs Superſtitionis ſuæ propagandæ causâ Quietum *Patriæ* Statum evertere. Judicio Privato etiam Aſſerunt *Pontificii* Perſonam Cujuſlibet Laici eſſe Sanctam quoad hoc, quòd Non Poteſt ſubjici Poteſtati Sæculari. Judicio Privato *SOCINIANI* Judicant Mundi *SALVATOREM* Non eſſe *DEUM*.

Quare Nos Eccleſiæ Verè Catholicæ Filii nequaquam Admittimus, quod Adverſarii velint nobis imponere, S. Scripturæ Literam à Privatis homi-

tum Judiciis Expositam Unicam esse Fidei Regulam. Eat nunc *Sophista*, atque iterum Gloriatur apud *Exteros* se magnas in Angliâ reportâsse Victorias: In *Latio* certè adhuc Dubia est Victoria. Sic iste Angutuhus Disputator (ut *Aristophanis* verbis utar) φλυτρῆ, καὶ πτερυγίζει. "Quot "etiam, quantæque apud nos "in Angliâ ex hâc tractandæ "Controversiæ methodo reportatæ sint victoriæ, non meum "est enarrare: Hoc certè omnibus rerum nostrarum gnaris "manifestum est, emotos esse "præ respondendi impotentiâ "è Rationis cardine, & vel in "rabiem versos, vel (cum se"riò scribendum erat) in jo-

"cos,

" cos, risumque esse effusos eo-
" rum animos. "

Rabidum se ostendit Iris tam Eruditis *Rabiem* Objectans. Sed cur ægrè ferat iste *Polemicus* Adversariorum *Facetias*, cum tantam præbuerit *Derisionis* Materiam? *Quis tam Ferreus, ut teneat se*, quin sit in *Risum* aliquantulum effusus, SERGEANTII Axiomata legendo?

" Quod explicat, oportet ex-
" plicare. P. 59.

" Quod omnibus scibile est,
" sciri ab omnibus potest. 60. "

" Quod ab aliquâ voce sig-
" nificatur, eâ voce significa-
" tur. 61.

" Regula est Regula. Ibi-
" dem.

" Fides est Fides. 62.

" Qui non possunt scire, non
" possunt scire. Ibidem.

" Via est Via. 63.

" Quod fieri potest, potest
" fieri: quod nequit fieri, fieri
" nequit. 73.

Opto quidem ipsi *SERGEANTIO*, & cæteris *Pontificiis* omnibus Mentem Sanam, ut missas faciant hujusmodi Argutias ineptas, ut Mente Purâ, & Simplici *Scripturas* diligentissimè *Scrutentur*, ut Cœlestem Animi Temperiem inde accipiant, ut Vitam denique inveniant Æternam, Per *JESUM CHRISTUM* Dominum Nostrum, Cui cum *PATRE*, & *SPIRITU SANCTO*, sit Omnis Laus, Honor, & Gloria, in Sæcula Sæculorum.

Δόξα ἐν Ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς Εἰρήνη, ἐν Ἀνθρώποις Εὐδοκία.

FINIS.